

PER. *Capsula* ovata, glabra, elongata, bracteis longior, supra basin discedens, unilocularis.

SEM. duo, oblonga, hinc convexa glabra, inde plana, puncto oblongo notata.

Spica nuper erupta in compendio refert exacte gemmas floriferas Ulmi.

Variat foliis glabris & pubescentibus, integerrimis & denticulatis, spica copiosiore longiore & breviorre, floribus paucioribus.

- A** *Coronopo* differt. a) quod minor sit & præcocior.
 b) Spica ovata; ejus vero longissima filiformis.
 c) Floribus, rarius imbricatis.
 d) Bracteis glabris, navicularibus; iis vero pubescentibus, subulatis, angustis.
 e) Color Corollæ fuscior, staminibus brevioribus & calycinis foliolis acutioribus.
 f) Folia nunquam pinnatim incisa.